

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXXIX. Concessio Voti in Capitulo Generali Presbyteris Congregationis
Piorum Operariorum post decennalem in eadem moram, ac Ordinarii loci
approbationem ad Sacramentales Confessiones audiendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

1732.

pro Electione Vicarii Provincialis convocet dignior Pater Provinciae ejus Territorii, cuius erat Minister Provincialis; deficiente vero Patre Provinciae hujusmodi, Definitor seu Custos antiquior in electione; hisque pariter deficientibus in dicto Territorio, illius Guardianus habitu antiquior, quo semper idem suffragiorum sive votorum numerus ex utroque Territorio habeatur in quacumque electione: utque erecto uno Conventu aut Hosptio in aliquo ex Territoris praefatis, ejus Superior statim suffragari possit in Capitulo praedito, dictusque Superior sit per unum triennium ex uno, & per aliud triennium ex altero Territoris: Salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregatione Cardinalium.

Harum Literarum firmitas.

Obstantium derogatio.

§. 2. Decernentes, ipsas præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabat, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, jucundiari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus, quoad ea, quæ præsentibus adverfuntur, supradictis Clementis prædecessoris literis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus fit, Ordinis & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortis statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quodmodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derrogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Novembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LXXIX.

Confirmatis Literis Sa. me. Clementis PP. XI. Presbyteris Congregationis Piorum Operariorum post decennalem in eadem moram, ac Ordinarii loci approbationem ad Sacralementes Confessiones audiendas votum in Capitulo Generalibus conceditur.

Dat. die 16.
Nov. 1732.
Pont. An. III.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias S. Sedis supplicationum, ut Capitulum Gen. qualibet triennio celebraretur; singula officia forent triennalia.

§. 1. D udum pro parte runc existentis Praepositi, & Capituli Generalis Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum nuncupatorum, rec. mem. Clementi PP. XI. Prædecessori Nostro exposito, quod ex eorum Constitutionibus potissimum Cap. 2. eruebatur, Capitulum dictæ Congregationis singulis annis officia annalia seu ad annum esse debere: itidem in Cap. 3. ipsarum Constitutionum habebatur, quod in receptione Vocalium omnes, qui decennaletyriconium in dicta Congregatione laudabiliter explevissent, admitterentur, & alias, prout in præfatis Constitutionibus, quæ a fel. rec. Gregorio XV. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris Apostolico munimine

in forma specifica roboretur, atque ab initio ejusdem Congregationis eo usque servatae fuerant, uberioris asserebant contineri. Quoniam vero jam pridem compertum erat, dictas Constitutiones Congregationis hujusmodi, quæ primum in Civitate Neapolitan. ortum haberent, & subinde quoque extra illud Regnum adoleverat, in ejus exordio optime accommodatas, tunc aliquo modo progressum, & bonum ipsius regimen impedire, ideo anno præcedenti in Capitulo Generali statutum fuerat, ut idem Capitulum futuris temporibus non nisi triennio expletio celebraretur, dictaque officia deinceps triennalia forent; utque Vocales ad numerum tricenarium reducerentur, ita ut in casu vacationis tantum alii juxta formam præscriptam admitterentur, quemadmodum ex resolutionibus desuper habitis fusi asserebatur etiam coatineri.

§. 2. Porro cum die 24. Julii 1716. ad processus tunc quoque existentis Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, dictæ duæ resolutions in Congregatione tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, relate fuisse, eadem Congregatio Cardinalium die 25. Septembris anni prædicti illas confirmandas esse censuerat; sed quia aliqui Presbyteri præfata Congregationis Piorum Operariorum, qui ad præscriptum primitiva Regule illi nomen dedebant, deduxerant præjudicium, quod ex limitatione numeri Vocalium sentiebant, ea huic resolutioni adhibita erat moderatio, ut sine illorum, qui primodictam Congregationem Piorum Operariorum ante publicationem decreti hujusmodi ingressi fuerant, præjudicio procederetur; nonnullisque ex eisdem Presbyteris adversus præfatas duas resolutions reclamantibus, negotium iterum ad supradictam Congregationem Cardinalium delatum fuerat; & Partibus utrinque voces & scriptis informantibus, dicta Congregatio Cardinalium in decisis persisterat. Et in eadem expositione sub juncto, quod ipsi Exponentes binas resolutions hujusmodi Apostolica confirmationis patrocinio communis plurimum desiderabant, idem Clemens Prædecessor supplicatiibus, prædictorum Exponentium nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, binas resolutions a Capitulo Generali factas, ut præfertur, cum omnibus & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica confirmavit, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis in simili forma Brevis die prima Aprilis 1717. desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inferto haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii, moderator Præpositus, aliqui Presbyteri Capitulares dictæ Congregationis Piorum Operariorum Nobis nuper exponi fecerunt, experientia edocuerit, enarrata limitatione numeri Vocalium ad triginta dumtaxat multis in eadem Congregatione incommode occasionem præbere, in novissimo Capitulo Generali prædictæ Congregationis die 11. Aprilis anni proxime præteriti celebrato, concordibus suffragiis resolutum fuit, ut numerus prefatus sub certis modo & forma infra dicendis augeretur, & in hac parte procuraretur derogatio memoriarum Clementis prædecessoris literarum. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providerent, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eodem Exponentes specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latiss., si quibus quodmodolibet

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

1732.

innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicatio-nibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ipsius S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Procuratoris Generalis dictæ Congregationis Piorum Operariorum sibi desuper factam attenderunt, remque undique mature discusserunt, consilio, resolutionem enunciati Capituli Generali novissime celebrati, per quam disponitur, quod omnes Presbyteri ejusdem Congregationis Piorum Operariorum, qui decennium post Novitiatum in Congregatione prædicta transfe-rent, atque ab Ordinario loci ad Sacra mentales Fidelium Confessiones audiendas approbatuerint, votum live suffragium in Capitulo Generali ipsius Congregationis habere posint, eadem auctoritate tenore præsentium confirmamus & approbamus, illicet inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint, supplemus: salva tamen in reliquis prælatorum Clementis Prædecessoris literarum forma & dispositione, necnon quoad præmissa auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

S. 4. Decernentes, ipsas præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, supradictis Clementis Prædecessoris literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis Piorum Operariorum prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum infer-tis habentes, illis alias in suo robore perman-suris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 26. Novembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Decretum, ut Fratres Provinciae Portugalliae Ter-tii Ordinis Sancti Francisci ad Studia extra il-lam se conferre nequeant sine licentia Provin-cialis, ejusque Definitorii, vel sine facultate Ministri Generalis cum consilio ejusdem Defi-nitorii &c.

Dat. die 20.
Dec. 1732.
Pont. An. III.

Preces, ea-rumque cau-sa.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Conceptione Minister Pro-vincialis Tertiæ Ordinis S. Francisci Provinciae Portugalliae, quod, licet in eadem Provincia Studia pro iis Religiosis, qui illis operam dare velint,

non deficiant, plures tamen ex eis fugam arri-piunt, ac in Hispaniis proficiscuntur sub prætextu ibidem incumbendi literaris exercitationibus in aliquo ex Conventibus dicti Tertiæ Ordinis, vel Fratrum de Observantia, quod dum perveniunt, ut plurimum contigit, eos majorem laborem in ad-discenda musica, quam in literis consequendis impendere.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expoñitio sub-jungebat, dictus Antonius Minister Provincialis, quo talis inordinatio cum disciplina regularis detrimento imposterum tollatur, opportune in præmissis a Nobis provideri, &c, ut infra, indulgeri plurimum desideret; Nos ipsam Antonium Ministe-rium Provincialem specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicatiōnis, suspensionis, & interdiū, aliisque ecclē-siasticis sententiis, censuris, & penās, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latē, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-solventes, & absolutum fore censemtes, supplicatio-nibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter por-ticus inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Epis-coporum & Regularium præpositorum, consilio, ut Fratres memorati Tertiæ Ordinis Provinciae Portugalliae ad studia extra dictam Provinciam sine li-cencia Provincialis ejusque Definitorii, vel sine fa-cultate Ministri Generalis cum consilio ejusdem Definitorii Provincialis, sub penā fugitivorum a jure & statutis Religionis se conferre nequeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 3. Decernentes pariter, eadem præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciae & Ordinis prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum per-mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Decembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Innovatio literarum Clementis X. super prohibi-tione ambitus: ac confirmatio quorundam de-cretorum Capituli Generalis Congregationis Clericorum Regularium de Somascha pro hu-mismodi impediendo ambitu.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis

LXXXI.

Dat. die 28.
Jan. 1733.
Pont. An. III.

Cler-